hoc fidelium communio, illud vero impia superstitio etc. Sicut igitur confundi nullo iure nec possunt nec debent, ita res indignissima censeri debet, si sacra Christi coena Missae priuatae tanquam appendix assuatur.

V. Quinto. Fateamur Coenam Christi non tantum oratione Dominica, tempore Apostolorum praelegenda, ornatam, sed subinde per trecentos annos usque ad tempora Patrum a Romanis Pontificibus quamplurimis ceremoniis (quarum etiam hodie nonnullas, quae superstitione carent, retinet) auctam fuisse, sicut apparet in Missa Dionysii, in libro de ecclesiastica hierarchia, nec non in aliis illorum temporum historiis. De quibus coenae seu Missae ceremoniis, ut de [140:] quamplurimis aliis eorundem temporum ceremoniis diuus Augustinus ad Ianuarium scribens, non solum queritur his verbis: „Innumerabilibus seruilibus oneribus premunt ecclesiam“;[273] sed etiam dicit eas habere liberas obseruationes, hoc est, ut omitti sine peccato possint et nemo eas obseruare teneatur. *Exemplum*

α. Alexander, Romanus papa septimus,[274] anno Domini 112 coenae Christi „Qui pridie quam pateretur etc.“[275] adiecit.

β. Post decem annos deinde Sixtus, octauus papa,[276] „Sanctus“ missae addidit.[277]

γ. Iterum post decem annos Telesphorus[278] ex cap. 2. Lucae[279] „Gloria in excelsis Deo etc.“ coenae praecini curauit.[280]

δ. Adhuc post trecentos triginta quatuor annos Marcus, Romanensis papa quintus et trigesimus[281] „Credo“ post euangelium in missa cantari mandauit.[282]

---

[273] Nicht verifiziert.

[274] Alexander I., Bischof von Rom, gest. um 116, wohl fälschlich mit gleichnamigem Märtyrer identifiziert. Vgl. Friedrich Wilhelm Bautz, Art. Alexander I., in: BBKL 1 (1990), 100. Die Zählung der Päpste beginnt mit dem Apostel Petrus, allerdings bildete sich der monarchische Episkopat auch in Rom erst im 2. Jahrhundert heraus. Soweit es sich bei den für die frühere Zeit auf der Papstliste Genannten um historische Personen handelt, waren sie vermutlich mit Leitungsämtern betraut und an exponierter Stelle tätig, aber nicht Bischöfe im späteren Sinne.

[275] Einsetzungsbericht, Bieritz 417. Vgl. Liber pontificalis VII, 2: „Hic passionem domini miscuit in predicatione sacerdotum, quando misse celebrantur.“

[276] Sixtus I., Bischof von Rom, gest. etwa 125. Vgl. Erich Kettenhofen, Art. Sixtus I., in: BBKL 10 (1995), 575–577.

[277] Vgl. Bieritz 324f.416. Vgl. Jes 6,3. Vgl. Liber pontificalis VIII, 2: „Hic constituit, ut intra actionem sacerdos incipiens populo hymnum decantaret: sanctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth et cetera.“

[278] Telesphorus, Bischof von Rom, Märtyrer. Vgl. Franz Dünzl, Art. Telesphorus, in: LThK³ 9 (2000), 1320f.

[279] Lk 2,14.

[280] Vgl. Liber pontificalis IX, 2: „Hic fecit, ut natalem domini nostri Iesu Christi noctu missas celebrarentur: nam omni tempore ante horae tertiae cursum nullus praesumeret missas celebrare, qua hora dominus noster ascendit crucem; et in ingressu sacrificii hymnus diceretur angelicus, hoc est: Gloria in excelsis deo et cetera, tantum noctu natale domini.“

[281] Marcus, Heiliger, Bischof von Rom 336. Vgl. Georg Schwaiger, Art. Marcus, Papst, in: LThK³ 6 (1997), 1407.

[282] Der Liber pontificalis berichtet in cap. XXXV über Marcus, aber die Einfügung des Credo in den Messkanon wird nicht erwähnt.